



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De illis qui à suis iudicibus pulsati non fuerint. x.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

*De illis qui conuicti fuerint aliquos ad falsum testi-*  
*monium attraxisse. Cap. VIII.*

**S**iquis conuictus fuerit aliquos ad falsum testimonium, *Ex cōcil.*  
vel periurium attraxisse, aut per quamcunque cōfrū- *Aquis-*  
pionē sollicitasse, ipse quidē vsq; ad exitū non cōmunicet. *gran. cap.*  
*9.*  
*Ut res finita refricari non debeat. Cap. IX.*

**D**e his criminibus de quibus absolutus est accusatus, *Ex cōcil.*  
refricari accusatio non potest. *Mogūti.*  
*De illis qui a suis iudicibus pulsati non fuerint. cap. 7.*  
*Caput X.*

**P**ulsatus ante suum iudicem causam dicat, & non ante *Ex decre.*  
suum iudicem pulsatus, si voluerit taceat: & vt pul- *Euseby*  
sato, quoties appellauerit, induciā dentur. *papa, ca.*  
*20.*  
*Vi nullus infamis religiosum Christianum accusare*  
*possit. Caput XI.*

**N**ulli infami & sacrilego de quocunq; negocio liceat *Ex decre.*  
quādoq; aduersus religiosum Christianum, quamuis *Felix*  
humilis, seruilisq; persona sit, testimonium dicere: nec de *papa, ca.*  
qualibet re, actione, inscriptione, Christianum impetere. *7.*  
*De falso teste quod non debeat impunitus abire.*  
*Caput XII.*

**F**alsus testis, dicit Salomon, non erit impunitus. Qui *Ex dictis*  
falsum testimonium profert contra proximum suum, *Augusti.*  
extinguetur lucerna eius in die vltimo. Qui meru cuiusli-  
bet potestatis veritatem occultat, iram Dei super se pro-  
uocat: quia magis timet hominem, quā Deum. Falsidicus  
testis tribus personis est obnoxius. Prinū Deo, cuius prae-  
sentiam contemnit. Deinde iudici, quem mentiendo fal-  
lit: postremò innocētī, quem falso testimonio laedit. Si fal-  
si testes separantur, mox mendaces inueniuntur, Vterque  
reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit:  
quia & ille prodesse nō vult, & iste nocere desiderat. Beat<sup>9</sup>  
cuius testimoniū in conspectu Dei probabile inuenietur.  
*Ex episto.*  
*Zepheri.*

*Vi nemo absens diudicetur. Cap. XIII.*

**N**E M O absens iudicetur: quia humanae & diuinae hoc *papa Si-*  
prohibent leges. Nullum nanque eorum, id est, accu- *ciliēsbis*  
satorum sententia non a suo iudice dicta constringat: quia *episcopis*  
& seculi leges id ipsum fieri praecipunt. *missa.*